



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

6. An pastor possit illo tempore curæ pastorali renunciare?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

24 DE NECES. ET MOD. MINIST.  
menta fidelibus talis vel talis parochia,  
quocirca illi vel illi parochia est alligatus.

Quaestio sexta.

*An Pastor possit illo tempore cura Pastoralis  
renunciare?*

Quaestionis explicatio.

*¶ 19. q. 2. duo  
sunt.*

**P**ossunt parochi iure (a) communi etiam sine licentia superiorum relicta cura pastoralis ad statum religionis transire. Sicut enim Urbanus Pontifex: *Si quis in ecclesia sub Episcopo proprium retinet & seculariter viuit, si afflatus Spiritu sancto in aliquo monasterio vel regula canonica saluare se voluerit, etiam Episcopo suo contradicente, eat liber nostra autoritate.* Imo secundum doctrinam D.

*b 2. 2. q. 184.  
art. 3. & ibid.  
commenta-  
tores.*

(b) Thomae & aliorum possunt ad humiliorum simplicium sacerdotum statum sine Episcopi licentia descendere: Idcirco quaeritur hoc loco, si parochi non possint illo tempore ex licentia Episcopi excusari à residentia personali & ministracione sacramentorum, an saltem excusabuntur simpliciter curae pastoralis renunciando, & ad religiosorum vel etiam ad humiliorum simplicium sacerdotum statum transfundo.

*Respon-*

*R. sponſio.*

**N**on excuſabuntur: Nam pro illo tempore ſunt conducti, vt ſacramenta & alia ad ſalutem neceſſaria miniſtrent, non poterunt ergo illo neceſſitatis tempore renunciare: Et confirmatur à ſimili. Quid enim abſurdius, quam ſi miles ad bellandum conductus illo temporis articulo muneri ſuo vellet renunciare, cum iam pugnandum eſt? Neque obſtat ingreſſus religionis vel deſcenſus ad humiliorem ſtatum, quia cum hoc temporis articulo ſit obligatus huic populo ſeruire, ob idq; ab eo toto anno victum & ſtipendium acceperit, non poteſt illo tēpore alteri cuiſcunq; in præiudicium illius operam ſuam locare.

Dices; Pontifex non vult Parochos qui ad perfectiorem ſtatum tranſire volunt aliqua lege retineri, quia priuata lege Spiritus ſancti ducuntur: Ergo excuſabuntur etiam non obtenta licentia Epifcopi.

*R.* Pontificem non loqui in caſu de quo agimus, ſed in eo, cum facile eſt ſuperiori de altero ſacerdote providere. Alioqui ſi nō poſſit providere ſuperior, & paſtor voluerit gregem deſerere, non ducetur lege Spiritus ſancti, ſed proprii cerebri populū ſuum in tanta neceſſitate ſpirituali contra legem charitatis & iuſtiæ deſerendo.

**B** § *Quæ*